



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. CCLXXX. De Terraemotu in terra Pruschiae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

Sigefridus de Feuchtwangen XII. Mag. Gen. Ord. Teut.
Conradus Sack XVI. Magister Prov. in Prussia.

vvinos, & L. homines Christianos de ipsorum manibus eruerunt. Reliqua turba infidelium evasit.

CAP. CCLXXX.

De

Terræ motu in terra Pruschiæ.

Hoc etiam anno VI. Idus Augusti hora quasi tertia fuit (a) terræ motus per totam Pruschiæ. Tribus vicibus quaticebatur terra cum ædificiis, quod vix aliquis à casu se poterat continere. Quid autem iste terræ motus innaturalis significaverit in sequentibus apparebit.

ANIMADVERSIO.

(a) Nunquam alias terræ motus in Prussia observatus esse legitur.

CAP. CCLXXXI.

De

Adventu peregrinorum.

Anno Domini MCCCCIV. per
regrini de Alemannia inspi-
rante Domino incœperunt ter-
ram Prussiæ iterum visitare. Et
venerunt Nobiles viri, Dominus
Wernerus Comes de Homberg,
Adolphus de Wintmel cum fra-
tre suo, & Theodoricus de Elnre milites cum fratre suo Arnol-
do, & plures alii Nobiles de Rheno.

Anno Domini MCCCCIV, circa
nativitatem ejus tanta fuit aqua-
rum inundantia, quod homines
putabant se diluvio perituros.
Ambo pontes Parisis corruerunt,
sic quod nullum ipsorum vestigi-
um remaneret, & plura in aliis
Provinciis damna fecit.

pusbok

Yy 2

CAP.

